



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Exercitia S. P. Ignatii Via Ad Salutem Et Perfectionem
Propriam & alienam, Tuta & perpetuo tenenda**

Ignacio <de Loyola>

Hildesii, 1713

VD18 13664689

Principium seu Fundamentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60348](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60348)

PARS PRIMA

Methodus bene obeundi per octi-
duum aut ultra, Exercitia
S. P. IGNATII

Principium seu Fundamentum.

CREATUS est homo ad eum finem ut Dominum Deum suum laudet ac revereatur ei que serviens tandem salvus fiat.

Reliqua verò super terram sita, creata sunt hominis ipsius causâ; ut eum ad finem creationis suæ prosequendum juvent; unde sequitur utendum illis vel abstinendum eatenus; quatenus ad prosecutionem finis vel conferunt vel obsunt.

Quapropter debemus absque differentia nos habere circa res creatas omnes. Sed consentaneum est ex omnibus ea demum, quæ ad finem ducunt, eligere & desiderare.

Duo sunt, quæ ex hoc principio seu fundamento addiscere & consecrari debemus: Alterum est, ut finem illum, quem homini Creator Deus constituit, summè æstimemus, eum solum intendamus, omni conatu prosequamur. Alterum est, ut res omnes creatas, quæque Deus non sunt, rectè æstimantes, rectè illis non perperam utamur ad finem & felicitatem nostram.

Huic fundamento certum tempus non defini- vit S. P. meretur tamen cùm fundamentum sit, exactè nec breviter expendi.